

hodie miraculis sua merita probat. Ibi novus ille Pontifex vincula pedum solvens nudo pede intrat Urbem, huius humili & contrito corde orationis iura persolvens magno gaudis Civium Episcopalem Cathedram obsederat.

Erat autem cunctis diebus Episcopatus Episcopii sui pie ac fideliter serviens Domino, sed multo ac inproficuo labore Christianitatis normam exercens; in populo res Ecclesiarum sub aequa divisione distribuit in quatuor partes, primam partem pro necessariis vel ornatibus Ecclesiarum, secundam Canonicorum commoditatibus adseriuit, tertiam vero in agmina pauperum profusa miseratione expendens, ultimam partem summulam pro suis usibus servat.

12. Praeterea omni die festo plurimos pauperes ad misericordiam opera vocat, quae eis necessaria erant, affluente copia ministrans.

Item quotidianis diebus ter quaternos habere solitus erat, quos in Apostolici nominis honorem dape & potu satiat.

Raro autem extra festum aliquod vidit eum meridianus sol manducantem, & nunquam media nox somnis indulgentem. Stat lectus altis plumis, & vitro rigidus die oculos hominum fasciens, nocte vero aut habuit fratrem gaudentium aut cecum natum; extra quos suos cubili amicissima familiaritate junctos & se tertium, nemo quartus recubuit in una domo. Ipsi vero nuda hamus, vel leve cilicium, & lapis pro capitis sustentaculo somnum dabant. Nunquam saturo ventre iovit dormitum, & nondum expleto sopore surgit ad solitam orationis convivium.

Corpus vero & corporis incentiva acerrimis attriverat jejuniis, nec ulli unquam voluptati animum dare volebat. Parva quies oculis, & nulla venia est defectis pedibus.

lustraverat